



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 22. Catholica fides in Silesia, & Moravia restaurata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

nola Anholtii Comitis copiis suffultus, Sæc. XVII.
 provocaverat, ignave declinabat, Ha- A. C. 1622.
 gam Comitis reversus. Spinola au-
 tem Montensem Comitem cum valido
 agmine Pfaffenmutzum decrevit, ut
 tandem hoc propugnaculum a Batavis
 defensum, atque a Neoburgici Ducis
 copiis obsessum ad deditioem coge-
 ret: nec Bergensis conatui prosper de-
 erat successus; tanto enim impetu ar-
 cem tormentis bellicis quatiebat, ut
 Batavi semestris obsidionis laboribus
 fracti, deditioem leges inirent, die se-
 cunda Januarii anni sequentis propu-
 gnaculo egressi, quod Isabella Belgii
 Princeps mutato, quod in Sacerdotum
 ludibrium ab hæreticis fuit inditum,
 nomine deinceps *arcem Isabellæ* vocari
 voluit, hoc tamen ipsum propugnacu-
 lum ipsemet Coloniensis Senatus solo
 æquari, a Cæsare postmodum petiit.

§. XXII.

*Catholica fides in Silesia & Moravia
restaurata.*

Eo tempore, quo Jægerndorffius Bran- Carafa
 deburgicus a Silesia absens erat, Germ. rest.
 hujus Ducatus Ordines, ac Saxonix Merc. t. 9.
 Electoris milites Wagestadio, Troppa- lib. 2.
 via, Odera, & Teschino occupatis. quin-
 que dierum spatio quadraginta peditum
 Gg 2. Equi-

Sæc. XVII. Equitumque cohortes ex Jægerndorf-
A. C. 1622. fensi exercitu armis spoliarunt, cun-
 ctasque urbes excepta Glatfensi arce
 ad Cæsaris obsequium reduxere. Hæc
 eadem, sub Turriano juniore, ali-
 quamdiu oblatam Cæsaris gratiam, nec
 non adhibitam armorum vim eluserat,
 quinimo præfidiarii intercepto Wun-
 selburgenfi oppido Liechtensteinianas
 cohortes magna parte trucidarunt, pau-
 cis Brunam confugientibus: tandem
 vero ad incitas redacti, cum neque sa-
 luti, neque auxilii spes reliqua esset,
 pactis conditionibus Turrianus arcis de-
 ditionem fecit, pari quoque fato Clin-
 genbergenses sese & Kutenbergani Cæ-
 saris obsequio reliquere. Rebus ita fe-
 liciter gestis Cæsar Legatos suos in Mo-
 raviam ablegabat, qui decreta exequere-
 rentur: Enimvero ex Proceribus, aliis-
 que non pauci ob seditionis crimen in
 vinculis hærebant, capite mulctandi:
 his tamen omnibus Cæsar vitæ gratiam
 fecerat, unde *Patriæ Pater* passim no-
 minabatur: Postea sollicitante Carolo
 Carafa Averfano Episcopo, Sedisque
 Apostolicæ Nuntio Cardinalem Dietrich-
 steinium primo hortabatur, ut Prædi-
 cantes, qui seditiosis declamationibus
 identidem populum concitare niteban-
 tur, e ditione expelleret, ac severe in-
 hiberet, ne quiscunque clanculariis
 cæti-

cætibus, quos quidam Prædicantes **Sæc. XVII.**
 contra Cæsaris jussa adhuc clam in qui- **A. C. 1622.**
 busdam urbibus latentes celebrabant,
 festivis diebus interesset: Præterea Scho-
 larum, & Pupillorum cura Sectariis
 est adempta: Expulsis itaque Calvinia-
 nis Buccinatoribus major supererat dif-
 ficultas in proscribenda Anabaptistarum
 secta; Procerum enim ac Principum
 non pauci ab hisce hæreticis magnos
 habebant questus, cumque privati di-
 spendii formido plerumque præcipuo
 Religionis bono prævalere soleat, hinc
 valida erat illorum repugnantia, quam
 tamen feliciter superabat Cardinalis
 Dietrichsteinii prudentia & pietas; die
 enim decima septima Augusti proscri-
 ptis iis, qui pertinacius huic sectæ in-
 hærebant, tandem Moravi omnes ad
 veræ fidei unitatem revocati sunt. In-
 super in Carinthia Cæsaris edicto in-
 junctum, ut nulla mora hæretici om-
 nes, præcipue ii, qui Clagenfurti hæ-
 rerent, aut Scholarum, Xenodochii
 vel aliorum munerum curam gererent,
 Juris periti, cives, ceterique omnes
 præstituto sex hebdomadarum trium-
 que dierum intervallo (ni resipiscant)
 ex omnibus hæreditariis Regionibus,
 concessa bonorum venditione, elimi-
 narentur.